



einzelne verachtet 11. III. 1915.

Silvest. theol. 201, 36

Erceubem de isj.

~~S. III. 10.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

VI-16.

SIGNAT. ciobcccxiii.

1) 2) 3) 4) 5) 6) 7) 8) 9) 10) 11) 12) 13) 14) 15) 16)

Index Dissertationum, quae in hoc volumine continentur.

- 1.) M. Mich. Liebentantz, de Magia baculorum, Vittenb. 1661.
- 2.) M. Joh. Georg. Dittelmajerus, de Baculo Moſis, Vittenb. 1675.
- 3.) Mich. Döberlein, Praef. Joh. Helm. Villenro, de Baculo Moſis, Vittenb. 1680.
- 4.) M. Joh. Jac. Eſelohr, de Paſchate Hebraeorum, Vittenb. 1678.
- 5.) M. Joh. Caſpar Krauſen, de Columna ignis ac nubis, Vittenb. 1707.
- 6.) b. Eiuſdem de ead. Diſert. II.
- 7.) M. Joh. Frid. Stapelln, de vocula (D) Man, ad Exod. XVI. 15. Vittenb. 1657.
- 8.) M. Mich. Liebentantz, de Manna Iſraelitarum, Vittenb. 1662.
- 9.) M. Pauli Bergeri, de Monte Sinai  $\Psi\lambda\delta\epsilon\phi\omega\mu\epsilon\tau\omicron\iota\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\epsilon\kappa\alpha\iota\mu\epsilon\tau\omicron\iota$   
 $\pi\upsilon\pi\iota.$  Vittenbergae, 1707.
- 10.) M. Joh. Jac. Stromayeri Diſſonantiae Decalogicae, harmonice con-  
ciliatae  $\Delta\upsilon\alpha\varsigma.$  Vittenb. 1714.
- 11.) M. Mich. Liebentantz, de Cherubim Propitiatori, ad Exod. XV. 18.  
Vittenb. 1661.
- 12.) M. Georg. Mich. Doederlinus, de Candelabris Iudaeorum facis, ad Exod. XV. etc.  
Vittenbergae, 1711.
- 13.) Mich. Liebentantz, Praef. M. Frid. Viccio, de Aaronitici pectoralis  
inſigni, Urim atq; Thummim, ad Exod. XVIII. 30. Vittenb. 1657.
- 14.) M. Nic. Polemannus, de Urim et Thummim, Vittenb. 1666.
- 15.) M. Joh. Oelreid, de Urim et Thummim, Vittenb. 1677.
- 16.) Joh. Giſtop: Wichmannshauſen, num Lapides impleſionum ab Urim et  
Thummim diſtinctum quid fuerint, nec ne? Vittenb. 1701.
- 18.) M. Mich. Liebentantz, de Frontali Aaronis, Vittenb. 1662.
- 19.) M. Mich. Liebentantz, de Facie Moſis cornuta, ad Exod. XXXIV. 19. 1660.
- 20.) M. Joh. Jac. Seiferheld, de ingreſſu Summi Pontificis in Sanctum Sanctorum.  
Vittenb. 1713.

- 21.) Christian. Alteneck, Praef. Theod. Daffonio, de Coma Hebraeorum licita et interdicta, ad Levit. XIX. 27. etc. Viteb. 1695.
- 22.) M. Christian. Aug. Hauser, Praef. Wichmannsh. de Corpore, scissuris figurisq. non cruentando, Viteb. 1693.
- 23.) M. Valentinus <sup>Corona Transylvanis</sup> Frising, de immolatione liberorum Molochro facta, iuxta Levit. XX. 2. Viteb. 1678.
- 24.) Adami Vhl, de Pentecoste Hebraeorum. Viteb. 1668.
- 25.) M. Joh. Helu: Willemerus, de Nominis מלך pronunciatione per legem concessa, Viteb. 1677.
- 26.) Joh. Christoph. Wichmannsh. de Chebrone Gigantium Domicilio, Viteb. 1710.
- 27.) Simon Profs, Praef. M. Mich. Beck, de vna magna Cananaea. Jenae, 1679.
- 28.) M. Joh. Majus, De virga Aaronis florida, ex Num. XVII. 18. Viteb. 1680.
- 29.) Joh. Thurzo, Hung. Praef. M. Paulo Bergero, de Montibus Hor et Nebo, Moſis et Aharonis morte et ſepultura celeberrimis, Viteb. 1707.
- 30.) M. Joh. Wilh. Hilliger, de Bileamo eiſoq. Aſina loquente, Viteb. 1673.
- 31.) M. Daniel Ventzckius, de Stella ex Jacob, Num. XXIV. 15-19. Viteb. 1694.
- 32.) M. Joh. Helu. Willemers, de Stella ex Jacob oriunda, ex Bileami vaticinio, Num. XXIV. 17. Viteb. 1678.
- 33.) Eiuſd de ead. Diſputatio poſterior.
- 34.) Joh. Christoph. Wichmannsh: de portu Kittaeorum, ex Num. XXIV. 24. 1708.
- 35.) Eiuſd de praefidiariis Levitarum urbibus, Viteb. 1715.
- 36.) Andreas Dietzius, Praef. Hilliger, de veſtimentis Iſraelitarum in deſerto, ex Deut. VIII. 4. XXIX. 5. et Nehem. IX. 21. Viteb. 1676.
- 37.) M. Georg. Michaelis Caffai, Hung. de genuinis 28 (W) natalibus. Viteb. 1716. ad Deut. XXXII. 15. Reſp. Iſ. Feide, cuius Michaelis filius.

38.)

~~INDEX~~

- 38.) Georg. Patzig, Praef. Sennerto, ad Deut. XXXIV. 5, 6, 7, 8. Vitteb. 1656.
- 39.) Andr. Sennertus de Jephthae voto, ex Jud. XI. 30. Vitteb. 1650.
- 40.) Christian. Messerschmid, de voto Jephthae, ex Jud. XI. 30. Vitteb. 1665.
- 41.) Joh. Andr. Seiffart, Praef. Pfeiffero, An Jephtha filiam suam immolavit?  
ex Jud. XI. 30. Vitteb. 1671.
- 42.) M. Mich. Christian Hieroff, de facinis Judaeorum vinculis, in specie,  
de voto Jephthae, Jenae, 1657.
- 43.) M. Christian. Threpte, de vulpe Simsonis, ex Jud. XV. 4-6. Vitteb. 1674.
- 44.) M. Joh. Jac. Seiferheld, de maxilla asini, Jud. XV. 15. Tubingae 1716.
- 45.) M. David Theodos. Lehmann, de Simone molitore, Jud. XVI. 21. Vitt. 1709.
- 46.) M. Joh. Clodius, de ritu excalceandi, in contractibus olim usitato,  
ex Ruth. IV. 7. Vitteb. 1672.
- 47.) Joh. Christoph. Wickmannsh. de Saule vaticinante, ex 1 Sam. X. 5, 10. Vitt. 1710.
- 48.) M. Christian. Joh. Schuarzius, de morte Achitophelis ex 1 Sam. XVII. 23.  
Vitteb. 1704. Disp. prior.
- 49.) b. Einsp. de eadem. Disp. posterior.
- 50.) Joh. Christoph. Wolffius, de Apparatu Philistaeorum bellico, ex 1 Sam. XIII. 5.  
Vitteb. 1711.
- 51.) Joh. Christoph. Wickmannsh. de armatura Joliathi, 1 Sam. XVII. 4. Vitt. 1711.
- 52.) M. Henr. Opitius, de Davidis et Salomonis Satellitis, Cethi et Pletzi,  
Jenae, 1672.

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the upper and middle portions of the page.]*

*[A large, stylized handwritten signature or initial, possibly 'J. L.', written in dark ink.]*

Aug VI 16



Q. D. B. V.  
DISQVISITIO PHILOLOGICA  
De  
**MANNA ISRA-  
ELITARUM**

*Quam*  
*Sub Præsidio*  
VIRI CLARISSIMI, PRÆSTANTISSIMI NEC NON  
DOCTISSIMI

**M. MICHAELIS Liebentanz/**


Facult. Philos. Adjuncti digniss. Præceptoris  
atq; Amici sui honorandi,  
*Publicæ Ventilationis sistit*

In Electorali ad Albim Athenæo,  
**CHRISTOPHORUS BRESLERUS,**  
Neagoræus Silesius,  
AUTOR & RESPONDENS.

*Ad d. 19. April.*  
In Audit. minori, hor. mat.

~~~~~  
WITTEBERGÆ,  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typographi,  
Anno MDC. LXII.





פְּרָאֵמֶן  
PRÆFAMEN.



Qvod meditari nunc sedet animo, non Ambrosia vel Nectar, Poëtarum Gentilium suavissima somnia sunt, quibus misella sua Numina, animata fortè, ( quis enim istud de natis in hortis Numinibus, Porro ac cepis, aliisq; collibus, fretis, fluminibus, flammis, quæ dixere Deos, præsumat? ) sustentari, Gens spissis ignorantia ac vanitatis superstitionibus sepulta, vanissimè sibi persuasa est. Fictitius iste est ac in cerebellis Ethnicorum natus cibus potusq;. Sed MANNA nostrum verè ab ipso in Altis mirabili DEO præparatum & Israëlitis datum fuit; Cibus, quo nullus vel admiradus magis vel cœlestior, vel divinior. Mirabilissimus sanè; Quotus enim quisq; ad tot mirados ejus effectus non obstupescit? Populum innumeræ multitudinis deficiente pane naturali, quadraginta annorum spatio, aluit; Omniū ciborum, eorumq; præstantissimorū delicias multis superavit sapore suo modis. Quid plura? Tot in hoc cibo miracula, quot circumstantia. Cœlestis porrò erat, si respereris, non naturali & consveto illum modo, sed insveto planè in Cœlis productum paratumq; dici: Divinissimus deniq; tum propter Autorem, DEUM gloriosum, tum propter SALVATOREM generis no-

stri, quem præfigurasse Typicè dicitur. Moveret nos materiæ dignitas & jucunditas, paucula pro ingenii modulo adferre in medium de re prolixissimè ab aliis ventilatâ. Quod ut fiat feliciter, faxit  
ὁ ἀετὸς τῆς θεῆς ὁ καὶ βαινῶν ἐκ τῆς ἐργασίας καὶ ζωὴν διδῶς τῷ κόσμῳ. Job. 6, 33.

S. I. MANNA, quod ἀκλίτως usurpare placet, cum peregrinum sit, *Ebraice* מַן scribitur & מַן semperq; cum (-) Exod. XVI. Num. XI. Jos. 5, 12. Deut. 8. & Psal. 78, 24. excepto מַן Nehem. 9, 20. propter Dagesch ita scripto. *Chaldaicè* מַן vel uti *Targum Hierosolymitanum* מַן. LXX. seniores in Exodo scribunt מַן, in Numerorum, & Deuteron. ut & Josuæ, & Psalmorum libro מַן. Quam & retinuit scriptio in SPIRITUS S. Joh. 6, 58. Ebr. 9, 4. Utramq; *Lutherus*, priorem Man in V. T. posteriorem Manna in N. T. paraphrasi.

S. II. Ονομαστίας hujus Autor fuit מַן בְּיָדֵינוּ sive *Israëliticus Populus* indubitato, quod exsertè *Moses* Exod. XVI, 30. indigitat. Dubia verò maximè *Denominationis* ratio, aliis Viris Clarissimis pronominaliter atq; ἐρωτηματικῶς, aliis nominaliter & desinitè vocem מַן sumi contendentibus; cæteroquin in eruendâ eadem ratione *Nomenclationis* ex Primis *Israëlitarum* post intuitum ejus verbis מַן מַן fermè unanimibus. *Sententias* primùm videamus, post *Conciliationem*, si fieri potest, periclitabimur.

S. III. Pro *Interrogativâ* locutione quæ pugnant, & *Antiquitatis*, & *Autoritatis* & *Pluralitatis* nomine suspiciendi sunt, quamvis in varias ipsi scindantur opiniones. *Aegyptiaco* in Idiomatico rogare de re, idemq; מַן esse quod מַן *Ebraeorum*, *Haseuni* observavit, nec multùm abfuit, quin & *Buxtorfius* P. Lexic. Talmud. & J. *Drusius* in Comm. ad loc. diff. Exod. c. 27. p. 188. huic subscripserint; *Barthol. Mayerus* Philol. sacr. p. i. p. 132. omnino etiã probat. *Arabicè* verò hanc de re interrogare vocem, *Ebraeos* quosdam statuisse, *Abenesra* Autor est, quos cum irrideat ipse, quàm falsus *Cornelius à Lapide* Comm. sup. Exod. c. 16. p. 483. fuerit, dispaleat; *Esmidi* hanc attribuens sententiã. Alii *Syriacum* esse volunt

lunt pronomen ׀D̄ cuius sententiæ Patroni ex mente *B. Waltheri* Exercit. de Man. c. 1. p. 338. pauci quidem, at nobis valore magni sunt, *Josephus*, & cum *B. Trostio* Excellent. Philologus *Dn. Andreas Sennertus* Gram Ebr. c. 6. lib. 1. m. 6. Annot. p. 77. *Chaldaorum* ׀D̄ interrogativum arridet aliis, quos *Mercerus* & *Schindlerus*, sed recto nomine refutant. Et sanè videtur pluribus imposuisse consonantia vocum. Ad *Ebraam* deniq; confugiunt linguam nonnulli, vocem controversam pro ׀D̄ interrogativo rei, in locum ׀ג׀ subrogato Nun Paragogico, positam censentes, ex quibus modò *Cornelium à Lapide* l. c. allegamus; Aliàs omnes ferè *Vulgatæ* Patroni in hunc Numerum veniunt.

§. IV. Inter eos, qui ׀D̄ pro *Nomine* habent, sententiarum divortia apparent quoq;. *Quidam* Ex ׀D̄ in Kal derivant, cuius significatum juxta *Forsterum* Diction. Ebr. p. 444. est *numeravit, dinumeravit, supputavit, rem per partes sive numeros subduxit, & ut Arithmetici vocant, subtraxit, ut fit numerando, quando de summâ & universitate singularum partium fit detractio.* Ita *Oleaster* hac in parte à suæ religionis sociis discedens ׀D̄ numerosum vertit. *Quidam* ex ejusdem Radicis Piel sive ׀D̄ paravit, præparavit, destinavit, deputavit, & ut *Forsterus* l. c. notationem hanc deducit, *scilicet seorsum, & non est numeri, sed ordinationis & dispositionis; quæ vox eodem in sensu invenitur Dan. I. 5. ׀D̄ & constituit, ubi dicitur, quod Nebucadnezar constituerit sive destinaverit Pueris, summâ curâ atq; Industriâ in Palatio educandis, ׀D̄ rem diei, sive, ut *Xantes Pagninus* habet, per singulos dies portionem. Ita v. 10. ׀D̄ ׀D̄ qui constituit escam vestram. Juxta hos *Man* verè cibum paratum, præparatum, destinatum à Deo, ex quo singuli ׀D̄ rem diei sive de mensum suum acceperunt, significat. Ita *Lyn*, in Exod. c. 16. *Junius & Tremel.* in marg. Exod. 16. *Buxtorfius* Lex. Ebr. p. 422. *Forsterus*, Diction. Ebr. p. 44. alii. *Quidam* deniq; cum voce ׀D̄ patrem, portionem, donum notante, conferunt, cum quâ resectâ ultimâ radicali idem esse volunt. Verè enim *Manna* donum fuit, quod Dominus se daturum pollicitus erat. Hinc & *Moses* Israëlitis, nescientibus, *quid esset* respondit: *Hic est panis*  
A 3 quærens*

quem dedit vobis Dominus ad vestendum. Ita vertunt Pagninus & Vatablus, reliquos Pontificios hac in parte deserentes. Ita pleriq; Ebraorum, & Tufius, Paraphrastes Persicus, citante Buxtorfio F. Tract. de Man. c. 2. Ita Megalander noster Lutherus: Glor. Margin, vers. Germ. Man heist auff Hebreisch eine Cate. B. D. Försterus, Diex. Exod. sup. c. 16. Conc. 4. p. 675. Chytraus, Theol. Onomast. p. 495. & qui sunt alii.

§. V. Licet verò in tantâ sententiarum diversitate parùm intersit, utri calculum addas, quæ Riveti Comm. sup. Exod. c. 16. p. 980. Buxtorfii F. c. 1. & aliorum decisio est; Nihilominus cum neutra suis destituatur fulcris, conjungendæ potius, quàm disjungendæ videntur hæ sententiæ. Scilicet, ut ut quæstionem agnoscas, **וְהָיָה לְכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם** quid ipsum scil. est? quod sanè debes, si perpenderit & rationem quæstionis additam: **וְהָיָה לְכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם** & responsionem Moïsis: *Iste est Panis, quem dedit Dominus vobis ad vescendum;* & antiquissimas Chaldei **ܠܚܝܡܢܐ** LXX. & vulgari Versiones, & consentientem omninò ferè Patrum Ecclesiæ Græcorum & Latinorum Chorum venerandum, Augustinum, Serm. 91. de Temp. Theodoretum, Q. 30. in Exod. Origenem, Hom. 7. sup. Exod. Cyrillum l. 3. in Joh. c. 24. è Nostratibus B. Rungium, prælect. in Exod. c. 16. p. 581. 591. & Plur. Rever. atq; Excell. Dn. D. Calovium; è Calvinianis Piscatorem, in quæst. Drusium Comm. ad loc. diff. Exod. c. 27. p. 188. Non tollitur statim tamen sensus atq; accommodatio Mosaica, quam per **וְהָיָה לְכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם** quasi sacram, alioquin à B. Glassio & Junio multis exemplis confirmatam, hic Historicus sacer instituere videtur.

§. VI. Id quidem haud diffitemur, obscurum esse, ubi **וְהָיָה לְכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם** interrogativè de re capiatur. De Ægyptiorum enim lingvâ illud nondum confirmatum est. Undè Drusus in Comm. ad loc. diff. Ex. c. 27. p. 188. *Valdè hoc se mihi probat, neq; restat, nisi ut aliquis ejus lingvæ peritus nos in eâ sententiâ planè confirmet.* Apud Kircherum quoq; in Primitiis lingvæ Ægyptiacæ antiquæ Pronominis hujus nullum extat vestigium. Quod ad Arabismum; Etiam si fortè **וְהָיָה לְכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם** de re interrogare nonnunquam concesserimus, quis tamen locutos illos Arabicè esse sub ipso ex Ægypto egressu, nos certos reddet? Imò Lexicographi Arabum potius ad R. **وَأَنْ** reducunt. *Abrabaneæ quidem*

pro-

pro infirmandâ eadem opinione, Arabicam nondum in rerum natura extitisse Lingvam, dicit, quippe quæ non nisi Ebræa corrupta sit. Verum vacillat, ni fallor, hæc adsertio. Jobi enim Liber Arabicis refertus vocibus & phraibus, plus satis testatur, si non de Arabico Idiomate consummato, de primitiis tamen ejus haut vulgaribus ac parvis, seculo illo frequentatis. In Syriaco & Chaldaico ꝑꝑ id difficultatis residet, quod utrumq; cum scriptum Pronomen interrogativum persona, non Rei ut plurimum sit; quodq; Aramæâ Dialecto locutos eos esse, à paucis concedatur. Ebraam originem à Cornelio monstratam dubiam reddit inu sitata planè illa formatio ꝑꝑ ex ꝑꝑ, ut & falsò credita Paragoge literæ ꝑꝑ in eodè ꝑꝑ interrogativo vocis ꝑꝑꝑꝑ quid est vobis? Es. 3. 15. nec non precaria persuasio, ꝑꝑ Psalmi LX. 8. esse Pronomen, cum Imperativus sit, præpara, parato, ipsis Pontificiis quibusdam fatentibus. Ut taceam asertionem hanc contra LXX. & horum sequacem Vulgatum esse, qui per Pronomen Quis exposuerunt.

§. VII. Etsi ergò nullibi non restant, quæ sententiam hanc apprehensuro, scrupula moveant, levioribus tamen implexa dubiis est CL. Meyeri, Philol. sacr. p. 1. p. 132. Grotii & Drusii l. c. opinio, vocem ꝑꝑ Ægyptiacam agnoscentium cum Hascuni Comm. in lib 5. Mol. conscripto à R. Chiskiâ, Libro magni usus apud Judæos, & qui propterea, Buxtorfio Biblioth. Rabb. p. 341. notante, adjunctum habet Textum Ebraicum & Chaldaicum cum Comment. R. Salomonis, & Notis ex Baal Turim, & ex quo lectiones sacras in Synagogis suis peragunt: Nec obstat, in Lingva Ægyptiaca Kircheriana Primitiis non memorari eam; Non enim ibi omnia extant; nec ea, quam Ath. Kircherus profitetur, antiqva Coptica dici meretur. Proxima probabilitati est altera eorum, qui Syriacum Pronomen ꝑꝑ volunt, quod est pro ꝑꝑ, à Domo Israël, fortè Chaldaicæ non omninò ignarâ, adhibitum. Istud & Ebraicè scribendum resolvit Sekopho suum in (-) & alias cum Pronomine personali conjunctum occurrit ꝑꝑ ꝑꝑꝑꝑ Quid hoc est? Marc. I, 27. Conf. Syriasm. Excell. Dn. Sennerti p. 63. Idem intendit dubio procul Scriptor Judaicus Josephus, l. 3. Antiqv. Jud. c. 1. inqviens: καλῶσι δὲ ἑβραϊ-  
οι δ

οι τὸ βρωμα τῶ μάννα. Τὸ γὰρ μάν ἐπερώτησις καὶ τὴν ἡμετέραν  
δι' ἀλεκτον, τί τῶ ἐστίν, ἀνακρίνισσα. Ubi expressissimè Josephus  
Dialectum ævo suo frequentatam allegat, quæ *Aramaica* sive *Syriaca*  
erat. Sic itaq; dicente *Theodoreto*, quæst. 39. in Exod. ἐγένετο ἡ ἐρωτησις  
ὄνομα. Quod commodo sensu applicari dein potest ex Declaratione  
*Mosis* & *Philonis* sap. XVI, 20. περ' ἐτοιμον ἄρτον ἀπ' ἐρανῶ περὶ θεοῦ  
αὐτοῖς ἀκοπιαίας, i. e. paratum, destinatum, dimensum panem Isra-  
ëlitis de Cælo sine labore.

§. VIII. HOMONYMIA ne nobis faceslat negotium, è pomæ-  
riis nostræ tractationis exterminanda est. Manna enim triplex  
*Physicum*, *Typicum* & *Hyperphysicum* seu *miraculosum* constituitur.  
*Physicum* quod concernit, nec id unum est; sed aliud *Medicinale*,  
aliud *vulgare*. De *Medicinali* agunt celeberrimus *Sperlingius*, *Instit.*  
*Phys.* l. 5. c. 8. q. 3. p. 957. & *Libavius* Part. 2. Singul. Probl. 38. p. 83. iuxta  
quos *Mel* est *major copia per naturam absq; ullâ animalium operâ*  
*concretum* & *inspisatum super plantarum partibus*, ex quibus *stella-*  
*rum virtute roris instar educitur*, & *indè ab hominibus potissimum ad*  
*usum medicum colligitur*: Undè illud: *Juppiter melle pluit*. Non-  
nisi enim qualitatibus quibusdam à melle communi differt, nec  
non natali loco. A *Græcis* hinc vocatur ἀροσιμελι ἀ ἀρός & ros, &  
μέλι mel, quasi ros melleus; it. ἀερόμελι, mel aëreum. *Vulgare*,  
à solo Proventus *Polonicum*, *Rusiacum* *Manna* nuncupatum, aliud  
longè ab isto est, nihilq; aliud, quàm grana certæ speciei legumi-  
num *Olryzæ* similia, quæ cribro vel simili vase colliguntur, & de  
ramusculis virgâ aut bacillo decutiuntur. Et hæc sunt, quæ *Ger-*  
*manis Schwaden* dici *Försterus* *Diction* Ebr. p. 445. notaverat. Huc  
accedit *tertium Genus*, ubi accipitur pro *micis thuris* è guttis ma-  
joribus vecturæ concussione elisis, quas *Manna* vocant *Plinius*,  
l. 12. c. 14. & *Dioscorides* l. 1. c. 72.

§. IX. Id verò Omne nostri fori non est, sed multis partibus  
à *miraculoso* illo diversum, quicquid etiam *Franciscus Vallesius*, lib.  
de laer. *Philos.* c. 57. aut ejus sententiæ suffragantes inter ipsos *E-*  
*braeos* quoq; in contrarium adferant, quos *B. Waltherus* *Tract.* de  
*Man.* q. 16 §. 36. seqq; inter *Nostros*, *R. Abrabaneel* inter *Judeos*, ex  
profesto & solidissimè refutant.

§. X. Est deindè etiam *Manna Typicum* ita dictum, quatenus  
in

in Pandectis sacris singulare quiddam præfiguravit; vel CHRISTUM, qui Panis de Cælo & Panis vitæ Joh. 6. v. 31. 32. 33. Conf. Glasf. Rhet. Sacr. Tr. I. c. 13. p. 426. & imprimis B. Walth. part. 2. p. 212. seqq. Vel Evangelium, sive Verbum divinum, quod multis in scripturæ locis vocatur cibus; vel tandem juxta quosdam *beatissimum Cælicolarum statum*, quod ipse Dei Filius innuit, ad Johannem inqviens, Apoc. 2, 17. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ Φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ καὶ κρυμμένου. Sed nec de hoc nobis sermo est.

§. XI. Ultimò *Manna* sumitur pro *miraculoso* illo cibo, quem Deus singulari quodam atq; ineffabili modo præparavit, præparatum *Isrælitis* in deserto Arabiæ commorantibus manducandum dedit, quo de dicere nostri est instituti.

§. XII. Varia sortitur hoc *Manna* NOMINA. Et quidem primò καὶ ἐξοχὴν, atq; καὶ ἀντονομασίαν vocatur פַּן Panis, à Rad. פָּנַח vesci, comedere, sive, ut Försterus Diction. Ebr. p. 413. vult, *cadere, concidere panem, sive cibum alium, ad differentiam פָּנָה* quod propriè significat *comedere, sive devorare*. Panis erat non vulgaris atq; naturalis, quo ad vitam sustentandam utimur, sed singularis atq; revera admirandus. Parili modo *cibus et esca* Ps. 107, 18. nominatur, illudq; iterum καὶ ἐξοχὴν. In Fonte invenitur פָּנָה quæ vox, notante Förstero, l. c. p. 29. & p. 272. *capitur plerumq; pro esca duriore, sicut פָּנָה pro lacticiniis, & cibo molliore, laxioreq;.* Fuit verò *Manna* verè durum quid, siquidem dicatur in mortario contusum.

§. XIII. Dicitur etiam per Periphrasin Psal. 78, 25. פַּן בְּרִירִים *Panis fortiū, sive, ut Felix, Justinianus, robustorum; Junius & Tremel, robustissimorū.* Nā בְּרִירִים vel ut h. l. בְּרִירִים significat *potens, robustus, validus, & juxta Försterum, l. c. p. 5 nomen generale est, conveniens cū Germanico Mächsig.* Quid verò *Robusti* hi ac *fortes* designēt, variè inter Interpretes est disceptatum, & adhuc sub Judice lis est; Quam componere, nostrum hic non est. Referemus tantūm opinionones, quæ hisce nominibus *Gottes Brod/ Wolcken Brod/ Himmel Brod/ Engel Brod/ Herren Brod/ Stärck Brod* substant.

§. XIV. Et primò quidem extra dubium est, vocem בְּרִירִים de Deo enunciari, quod rectè monuisse *Santem* in Thesaurō B. Ja-

*Job. Martini Disp. 4. Cont. Photin. §. 24. adscito loco Psal. 132 §. dicit; Et Dn. Feselius lib. 8. Advers. fact. c. 4. p. 255. præterea Gen. 49. 24. Job. 34. 20. Esai. 24. adducens. E Christianis indè quidam mysterium Trinitatis Cabbalisticè in hac voce אביר eruunt, ut litera א designet אב, Patrè ב בן Filium, & ר רוח Spiritum S. Unicum ו quod וו ב jungitur primam literam vocis ושוו & ideò Jesum. Quæ si & h. l. de Deo acciperetur, vertere liceret, subintellecto אלהים, Panis Dei; Quam tamen expositionem adsertam apud neminem invenimus, nisi apud Dn. D. Martini, l. c. qui sic dictum Manna dicit, quod forti ac omnipotenti manu Dei sit datum.*

§. XV. *Nubium Panem à nonnullis, Flaminio scil. D. Pomerano, in Comm. sup. Psal. Johanne Campense in Paraphr. sup. h. l. & Petro Artopæo, verti, ex allegatione B. Martini constat. Sic verò Pomeranus: Panis Angelorum, vel Regum, vel Nubium, vel Robustorum: Ista omnia posunt legi ex Ebræo: Ego legerem Nubium, quia præcescit: Et mandavit Nubibus desuper, & januas Cæli aperuit &c. Ad nubes verò ubi hoc vocabuli applicetur, non extat locus Biblicus. R. Kimchi tamen Nubes notari voluit. Cælorum hinc Panem alii exponunt, qui pro Nubibus aliquando veniunt. Sicq; Kimchi se explicat, Panem אביר fortium comedit Vir, id est, Manna, quod descendebat de cælis, qui sunt fortes. Quorsum alludisse Chaldeum videtur, reddentem: מִמְרוֹר דְּנִיחָה אֶכְלוּ בְנֵי אֱלֹהִים Cibum, qui descendit de habitaculo Angelorum comederunt homines. Ita juxta D. Martini l. c. §. 45. 46. Synonymum esæt cum Tritico Cæli, Poëticè repetitum.*

§. XVI. *Porro Panem Angelorum innui, communis est sententia, olim jam à LXX. Interpp. Vulgatâ, nec non Autore libri Sapientia, ab Arabico Interprete, Patribus item Grecis & Latinis pluribus, atq; Poëtis Christianis, & Doëtoribus Ecclesie recentioribus communi ferè suffragio defensa: sicuti etiam Drusius l. i. quæst. 61. p. 49. voce אלהים i. e. Angelorum subintellectâ, simpliciter autem Dn. Feselius אביר Angelos denotare, dicunt. Quæ interpretatio hæctenus meretur sedem aliquam, modò non Rabbिनico aut Enjediniiano sensu capiatur. R. Akibha enim, quamvis à R. Ismaele refutetur, Panem exponit, quem comedunt Angeli; Nisi cum R. Mose ben*

ben' Nachman' excusare Akibham quis velit, quippè qui id intellexerit ita, quod *Angeli sustententur per splendorem Gloria & Majestatis divina*; De cujus sententiâ pluribus conf. *Buxtorfius F. Exercit. de Man. c. 2. p. 350; seqq.* Hoc sensu accipienda videntur verba libri *Zohar* in *Exod. fol. 27. col. 4. Tradiderunt sapientes nostri; Singulis diebus destillat ros ab Antiquo Sancto in Junioem facie, & benedicuntur omnes agri pomis sanctis, & ab illo rore derivatur in Inferiores, & Angeli sancti aluntur eo, quisq; quantum comedere potest. Hoc scilicet est, quod dicitur Psal. 78. Panem Robustorum comedit vir. Nam de illo cibo comederunt Israëlita in deserto. Enjedinianum sensum dico, quem in Enjedino, etsi cum Patribus, Basilio in Schol. sup. Pal. 77. Augustino l. 1. Mirab. Scr. c. 23. & Theodoro in Exod. quæst. 29. locuto, reprehendit B. Martini, dum Panem Angelorum dixit, quod per Angelum seu ministerio Angelorum datus sit Israëlitis. Sunt enim alii Phrasin hanc  $\pi\theta\sigma\phi\eta\nu$   $\text{Αγγελων}$ , si libri Apocryphi fide & auctoritate standum est, explicandi commodè modi, utpotè quando dicunt, vocari ita cibum hunc, quia eâ virtute creatus est, quâ Angelica Natura subsistit & vivit; aut quia homines vel putabant, Panem hunc de Cælo mitti, ubi Angeli habitabant, vel communi more dicendi significabant maximam cibi illius excellentiam & suavitatem, quem etiam Angeli, si cibo uterentur, comesturi essent. Hæc q; communissima ferè est explicatio.*

§. XVII. Cum hac propè coincidit illa  $\text{לחם אכילתם}$  dicentium, sive *Panem Robustorum*, id est *magnificorum*, uti *Munsterus & Hispanica*; *Heroum*, uti *Zwinglius & Musculus*; *Potentum*, uti *Beza*, quod cibus fuerit tam delicatus, qui non modò promiscuæ plebi, sed & Principibus, Heroibus, virisq; maximè robustis & illustribus fuerit gratissimus: Atq; ita, ait *Musculus*, Germanicè reddendum opinor: *Es aß jedermann Herren-Brod.* Tandem hanc denominationis rationem *R. Salomon Jarchi, Ramban, Genebrardus, Abulensis* suppeditant, quod *Manna* ita comparatum fuerit, ut universum in corpus aliti converteretur, ut ad eò etiam non opus habuerint, dum in deserto morarentur, loco egestionis, qui tamen eis præcipitur *Deut. 23, 13. v. B. Gerhardus Comment. in Deut. p. 1394. quæst. 6.* Undè *R. Nachmanides: Panis אכילתם significat hoc loco Panem, qui absorbetur באכילתם in membris, b. e.*



§. XX. *Onomatologia* expensâ PRAGMATOLOGIAM evolu-  
 luturi ad MATERIAM statim MANNA accedimus, cum quæ de  
 causâ efficiente tum principali, tum minus principali, organi-  
 cã æq; ac impulsivâ adferri in medium possent, disquisitioni-  
 bus Philologicis vix subjaceant. Quæ autem illa fuerit *Mate-*  
*ria* Cibi hujus planè singularis, edisserere difficulter possumus.  
 Aliàs R. *Bechai*, interprete *Buxtorfio*, Exercit. de Manna c. 3.  
 p. 359. fuisse ex Elemento duntaxat uno & substantiâ simplicis,  
 non composita, ut cetera alimenta, asserit. *Augustinus* de Mi-  
 rabil. S. L. 1. c. 28. terrenâ quâdam constituisse materiâ, ineptum fu-  
 turû aliqvin ad nutritionem, dixit. Verûm pura Elementa non  
 sunt alimenta. Alii nihil quicquam definiunt, *Singularem*  
*quandam creaturam à rore & pruina essentialiter differentem*,  
 inodò nuncupantes. Ita sentiunt *Ebrai* ferè, & è *Christianis*  
*Vatablus*, *Oleaster*, *Cajetanus*, *Lyra*, & *Rivetus*, ut *Nostros* tacea-  
 mus. Qui ex *Judeis*, & cum *Francisco Vallesio* lib. de Sacr.  
 Philos. c. 57. quos בני בליעל נחשים *Don Isaac Abrabane* salu-  
 lurat, *Medicinale Manna* fuisse contendunt, vix in materiâ de-  
 signandâ hæere possunt. At illa ipsa *ἰούτης* seu Identitas ne-  
 gata superius est, concessa quamvis sit *ὁμοιότης* & aliqua con-  
 venientia.

§. XXI. Nobis ne supra alios videamur sapere, *Jose-*  
*phum*, *Philonem*, *Gregorium Nysenum*, *Tostatum Abulensem*, *Corn-*  
*nelium à Lapide*, præsertim Max. Rever. & Excell. Dn. D. *Calo-*  
*vium*, hisce suffragantem, sequi placet. Sentiunt autem o-  
 mnes hi, *Manna* materiæ ratione rorulentum fuisse humorem,  
 concretum tamen & congelatum, similem grandinis granis, vel  
 pruina, quæ frigore nocturno densante & dividente in grana for-  
 matur parvula. Idq; innuit Textus Exod. XVI, 13. 14. haud obcurè:  
 וּבִבְקָר הַיְתָה שְׂכֵבֶת הַטָּל סָבִיב לַמַּחֲנֶה וְהָעֵל  
 וּזְרוּ אֲדָמָה וְהָיָה הַטָּל וְהָיָה הַטָּל וְהָיָה הַטָּל  
 Ad verbum ita *Arias* reddit: Et in dilu-  
 tulo fuit cubatio roris circum castrametationem, & ascendit cuba-  
 tio roris &c. Difficultas omnis in שְׂכֵבֶת הַטָּל residet, quod  
 cum stratum, lectisternium Roris reddunt quidam, id elegerunt  
 sententia, *Manna* quasi theca inclusum cubasse superius rore te-

Hum, & inferius rori impositum seu pruina: Rore deinde ad solis  
radios supernè evanescente, apparuisse. Nam שֶׁכַּבַּת undè שֶׁכַּבַּת  
tantum, & novies quidem in Regimine exstans, cubare, jacere  
in lecto significat. B. Försterus Diex. Exod. sup. c. 16. Conc. 4.  
p. 671. hanc sententiam his exponit verbis: Daher schlüssen die  
Hebreer / daß das Manna eigentlich kein thau gewesen /  
sondern der Thau oben und unten ist gleich wie ein siliqua  
oder Hülse gewesen / darinn daß Manna gleich als ein Körn-  
lein eingeschlossen; oder daß ichs mit andern Worten aus-  
rede: Unten und oben ist das Manna mit dem Thau be-  
deckt gewesen; so bald aber die Sonn auffgangen / und der  
Thau zerflossen / hat man unter dem Thau daß Manna ge-  
funden. Rationes etiam addunt; Factum id esse, ne Manna,  
priusquam colligeretur, externâ pulveris, arenarumq; immun-  
ditiâ sordidaretur, nec vermiculorum venenatis morsunculis  
inficeretur &c. Quorsum spectat & modernorum Judæorum  
ritus, quos pransuros Panem inter duo mantilia occultum,  
mensæ imponere solere in Manna recordationem inter duos  
rores olim inclusi, Buxtorfius synag. Jud. c. 10. p. 257. autor est.

§. XXII. Sed relinquimus eandem sententiam Ebrais, licet  
non omnes adhuc eidem subscribant, probabiliter statuentes,  
per שֶׁכַּבַּת הַטל ipsius Manna cubationem, quod rori analo-  
gum fuit, intelligendam esse. Ipsum enim Ros ille fuit, qui di-  
citur v. 14. fuisse על המדבר ככפר על הַתֵּלָהּ  
h. e. in superficie deserti, sicut pruina super terram. Ipsum illud  
fuit, quod וַתַּעַל ascendit, sicut stratum roris, quemadmodum  
ante de Coturnicibus וַתַּעַל הַטל dicitur. Illud fuit, quod instar  
Roris sole calente colliquescebat & evanescebat; & de quo in su-  
perficie terræ in modū Cubationis roris vis Israelitæ quærebant  
Man hu, quid es? Manet verò nihilominus Num. XI. 9. Rorem  
sive cubum, cui quasi linteamini mundo Manna incubabat, in-  
telligendum esse, cum quo & super quem Manna deciderit.  
Manet & hoc, etsi rorulentæ substantiæ adsimilatum quadan-  
tenus quoad figuram, colorem, saporem, ac tenuitatem Manna  
dicatur

dicatur, ipsum insolitæ & extraordinariæ speciei cibum, & Augustini quæst. V. & N. T. q. 20. verbo, Panem non mundi lege creatum & commixtione elementorum, sed desuper spiritali ratione prosum fuisse.

§. XXIII. Ex Materia Manna resultat ejus Quantitas, de qua id modo constat, quod קָּ minutum fuerit & tenue, sive subtile. Rad. enim קָּ est comminuit, comminutus fuit, attenuatus corpore est. Infert idem vox קָּרָב ab Onkeloso adhibita: Et Grecorum Interpp. ἀσπίδων. Repetitur autem deinde cum comparatione Pruina, insignem parvitatem innuens. Targum Onkelis observante Buxtorfio Lexic. Chald. Talmud. Rabb. p. 502. juxta Veneta Magna & Regia habet קָּרָבִּיִּי Minutum coaceratum; sed Editio recens cum triplici Targum habet קָּרָבִּיִּי quasi testoriū calcis, quod & Rashi legit in Comment. Utrobiq; per exigua & tenuis quantitas prodit. Quantitatis suboles Figura est, paucis evolvenda.

§. XXIV. Dicitur ergo fuisse Manna מַּן quæ vox ut in sacro Codice non nisi h. l. invenitur, ita de ejus significatione vix certi aliquid Autores determinare queunt. Schindlerus ad Chaldaicum מַּן refert, quod testam, fictile & tegulam significat redditq; Pyxidem, arculam sacchari, vas testaceum. Buxtorfius Lex. Ebr. p. 249. asterismo notatam tanquam planè aliam post Rad. מַּן collocat: In Concordantiis ad quatrilitte- ta refert. Rotundum autem notare ibi ait, sicut מַּן per quod Aben Esra eam exponit. Försterus Diction. Ebr. p. 269. & 195. ad peregrina quidè etiam refert, sed tamen ad מַּן latibulum, protectionem querere in aliquo, reducit, Participium Præteritum seu Nomen participiale Conjugat. secunda interposita Pe litera, existimans, ac contrariæ significationis à Verbo primæ Conjugationis & ceteris derivatis: significare enim denudatum, excoriatum, decorticatum; sicuti à nomine primigenio מַּן Vineæ, formatum Verbum sit secunda Conjug. מַּן contrariæ significationis, exvineavit,

*neavit, interposita litera*  $\text{ד}$  sed hanc si intendamus significatio-  
 nem, rectius ad  $\text{קשח}$  reducendum foret, quippe quod  $\text{קשח}$   
 in Kal, *nudavit, denudavit, discooperuit, decorticavit*, notat:  
 sicq; sciret per geminationem secundæ radicalis pro  $\text{קשח}$   
 vel  $\text{קשח}$  Reddiderunt autem hoc sensu *Chaldeus*, qui habet  
 $\text{קקל}$  *decorticatum*. R. Bechai, R. Mardochai Nathan utrumq;  
 $\text{קלגול}$  &  $\text{קלול}$  sed disjunctivè ponit. *Vulgata*, quasi pilo  
*tusum*, exponens, sequitur, quia quasi tusione decorticatum  
 & folliculis suis exutum depluerit, sive potius, ut *Dn.D. Calo-*  
*pnius* addit, *quod instar tritici cum pilo cortex ablatu* ei fuerit.  
 Rotunditas ergo primùm hîc non insinuatur, quàm potius  
 postea infertur.

§ XXV. Præprimis eam (*Rotunditatem, & ex parte*  
*Quantitatem* quoq;) intigant verba Exod. XVI, 31. Num. XI, 7.  
 $\text{כורע כורע}$  *tanquam semen Coriandri*. Colorem quidem hîc  
 respici volunt nonnulli, nominatim LXX. interpretati,  $\text{ωσπέρμα κορεῖς λευκόν}$ ; *Vulgata*, Pagninus, Arias, quasi *semen*  
*Coriandri album*, ut & antiquus liber *Zohar*,  $\text{כורעא כורעא}$   
 $\text{הורעא}$  reddens. Sed ipso etiam strenuo *Vulgatæ* versionis  
 Defensore *Cornelio à Lapide* Comm. sup. Exod. 16. p. 486. mo-  
 nente, rectius  $\text{לבן}$  Album separatur, quod etiam *B. Lutherus* &  
*Tremellius* præstiterunt, ut hac descriptione figura duntaxat  
 intimeretur; Præsertim cum *semina Coriandri* non alba, sed ad  
 nigricantem colorem vergentia sint. Ita enim & opponuntur  
*Figura & Color* Num. XI, 7. *Man erat sicut semen Coriandri, &*  
*color ejus sicut color Bdellii*. Voculam  $\text{קל}$  hîc locis (aliàs  
 satis controversa est, de quâ vid. Fullerum Eruditissimum An-  
 glû) l. 5. Miscel. sac. c. 17. *Coriandrum* notare vix aliquis dubitat.  
 Hinc *CL. Buxtorfius* Lex. Ebr. p. 100. *Herba est, scribunt Ebrai,*  
*cui nomen קל ינדרי Aliandre; semen rotundum est, color autem*  
*ejus non est albus*. Intellexit idem *Paraphrastes Chaldeus*, vo-  
 cem  $\text{כוסבר}$  substituens, *Græcus*, vocem  $\text{κόριον}$ . Solus ferè  
*Aben Esra* hæret, inqviens: *sunt qui dicunt esse Coriandrum &*  
*sunt*

sunt qui dicunt esse sinapi, & ego nescio, quid sit. Cui reddit  
Janus Drusus Comm. ad loc. diff. Num. c. 46. p. 399 Si tu nescis,  
& Sophe, nos tamen id scimus benefico Interpretum antiquorum;  
quorum adjuti operâ linguam hanc multo melius intelligimus, quam  
vos Judei: Nam beneficio linguarum etiam Sacras literas melius  
intelligimus.

§. XXVI. Formam Manna externam ostendit Color, se-  
cundum quem dicitur Ex. XVI, 31. כֶּכֶּפֶר עַל הָאֶרֶץ album. Ad illum autem  
exactius describendum, comparatur I. Cum Pruinâ superter-  
ram כֶּכֶּפֶר עַל הָאֶרֶץ v. 14. Pruina enim, in glaciem fe-  
rè condensata, ut in vulgus notum, est coloris candidissimi.  
Undè spectat huc, quod Sulpicius Severus Hist. Sacr. c. 1. scribit:  
Postero die animadverterunt, qui extra castra processerunt, parvis  
quibusdam siliquis oppletum solum, quarum species, in modum Co-  
liandri seminis, glaciali albedine erat, ut crebrò hybernis mensi-  
bus pruinis terram tegi videmus 2. Cum Bdellion, Num. XI. 7.  
וְעֵינוּ כְּעֵין הַבְּדֵלִית Et oculus ejus sicut oculus Bdelli, ut Arias  
Montanus vertit. Pagninus: Et color ejus, sicut color Bedolach.  
Quem etiam sequitur Tremel. Lutherus habet: Augusehen wie  
Bedellion. Notat enim עַיִן non oculum tantum, sed & colo-  
rem & superficiem, quasi aspectum aut rei speciem externam di-  
cas. Quid illud בְּדֵלִית sit, nondum in aprico est propter di-  
versas Autorum opiniones. Nonnulli existimant, esse spe-  
ciem gummi præstantissimi sive lacrumæ pellucidæ, ex arbore Per-  
sicâ ejusdem nominis profluentis, colore referentis speciem unguis  
humani, cujus in Myropoliis hodiè quoque usus est, uti Försterus  
Diction. Ebr. p. 121. vel quod est translucidum, simile ceræ ut Ju-  
nius Not. sup. Num. 11, 7. ex Plinio l. 12. c. 9. annotat. Ita Rivetus  
Comm. sup. Exod. c. 16. p. 985. refert: Judicum Bdellium maximè  
celebratum fuisse, ejusque duo genera, quæ in Arabiam ferebantur;  
Alterum subalbidum, quod erat præstantissimum, alterum subnig-  
rum; Quorum primum illud ad nostrum Bdellium applicat.  
Lapidem esse, inquit Drusus Comm. ad loc. diff. Num. c. 46.  
p. 399. Judei omnes uno ore consentiunt, quem ajunt album esse.  
Carbunculum tamen alii vertunt: De Adamante suspicantur  
alii.

C

alii.



alii. Communiter verò, notante *Buxtorfio* Lex. Ebr. p. 62. Ebraei *Crystallum* explicant, ut R. Sal. in lib. Num. & Kimchi Esai. 3, 19. Ita LXX. εἶδος αὐτῆ εἶδος ὄνυξάδης. Hinc & *Lyra*: *Bdellium album & lucidum sicut Crystallum*. Cui etiam applaudunt *Gregorius Nysenus*, lib. de vitâ Mos. p. 558 & *Nicetas* Orat. 16. referentes, quod in *Manna* pluvia non stillæ pluviales, ut in rore fit, sed stillæ *Crystallo* similes deciderint. Alii verò pro *Margaritâ* sumunt; Ita *Lambertus Danaus* Phys. Christ. p. 2. Tr. 3. c. 35. p. 312. existimans, Mosem hîc præstantissimum quendam *Unionem* innuere, quorum magna copia in Oriente, præcipuè verò in Sinu Persico inveniatur. Quæ duæ posteriores sententiæ *Buxtorfio* F. Exercit. de Man. c. 3. maximè ad præsentem scopum videntur accommodatæ; significari enim, *Manna* fuisse rotundum, album & purum, sive pellucidum instar glaciei, *Crystalli* vel *Margariti* puri. *Riveto* Comm. Sup. Exod. c. 16. p. 985. tamen minùs placent, quia *Manna* magis accedat ad *Bdellii* (subalbidè scil. de quo paulò antè) aut *thuris*, aut *mastigis* colorem, quàm ad *Margarita* aut alterius *gemme*. Verum id quidem de *Medicinali* *Manna* est, de miraculoso verò hoc nondum probatum. Cæterùm cur pro Ebraico מַלְּחָם retineatur fermè *Bellium*, annotasse juvabit observationem B. Waltheri Tract. de Mann. p. 1. q. 30. §. 72. Quid *Bdellium* sit, in obscuro & incerto positum est, sicut ut plurimum fit in similibus naturalibus aliis, quæ ipsæ etiam *Judæi* hodiè ignorant, quo factum, ut *scripturae Interpretes* tam *Græci*, quàm *Latini* sæpè ea transtulerint, non quæ alia sunt Ebraicè, sed quæ alia reperiebantur apud Gentes illas, similitudine & proportionem aliquam iisdem respondentia. Propius verò *Dioscorides* ad vocem Ebræam accedit, *Bdolchon* vocans, corruptè *Bolchon*. Et hæc de *Formâ* externâ.

§. XXVII. Ad *Internam* nos convertimus, in quâ tamen pervidendâ, ut in *materiâ specificâ* & multis aliis rebus naturalibus, licet levissimis, talpâ cæciores essemus, nisi opitularetur nobis unum atq; alterum *misellum accidens*, quo cognito exactiùs, aliquantillum de *Formâ* nobis constare posset; Quare, & hîc à *Qualitatibus* & *effectu* cognoscenda eadem veniet aliquatè

aliquatenus. Præterimus hinc *levitatem*, quæ uti non absurdè cibo huic adsignatur, ita blasphemè tamen ab *Abrabaneele* ex eo elicitur, quod Patres Israëlitarum illum לחם הקלוקל *Panem levisimum* vocaverint. Potissima *Qualitas* est *Sapor*, quem innuunt verba Textus Exod. 16, 31. וטעמו כצפחת ברקש. Et *gustus* ejus, tanquam *lagani cum melle*. Vox צפחת cum semel sub hisce punctis, aliàs חפצא aliquoties, occurrat in Ebræo fonte, dubiæ significationis habita est. *Försterus* Diction. Ebr. p. 709. peregrinum esse putat, quænam alii ad חפצא quod significat vasculum, in quo continetur aqua vel oleum, alias *Scyphus* & *Lecythus*, reducentes, à Similitudine scyphi appellationem habere dicant. Ipse verò *similam, placentam* exponit. Et communiter propemodum *Laganum, crustulam mellitam*, significare ajunt. R. *Narban* קרקר itidem *Laganum, placentam tenuem aut contortam & implexam*. Hinc totum complexum reddunt, *vulgatus* Interpres: *Gustus ejus, quasi simile cum melle*; Quem *B. Lutherus* sequitur: *Hadte einen Schmack / wie Semmel mit Honig*. *Junius* & *Tremellius* non multum ab Ebræâ denominatione abludente vocabulo reddunt: *Et ejus sapor, velut Episcyti ex melle, & in Not. Sive attanita: sic enim istud placentarum Genus appellari docet Athenæus l. 14. Dipnosoph. Nichocare, Pamphilo, & Hipponacte testibus. Theodoretus q. 36. in Exod. dicit fuisse Manna velut bellarium mellitum. Symmachus, ἀμυλον ἐν μέλιτι. Ita LXX. ὡς ἐγχεῖς ἐν μέλιτι. Denotabat verò ἐγχεῖς describente Scapula, opus pistorium & dulciarium è similâ, quod oleo incoquebatur, & melle indulcabatur. D. Walthezus, Norimbergensis, Tract. de Man. p. 1. q. 31. §. 76. eundem aut non dissimilem saporem habuisse, mînden Nûrnbergischen Zecck- und pfeffer- Kuchen aslerit.*

§. XXIX Sed alius adhuc sapor laudatur Num. XI, 8 ubi dicitur. וְהָיָה טַעְמוֹ כְּטַעַם לֶחֶם אִשָּׁה Et erat sapor ejus, sicut sapor viroris, vel ut *Santes* habet, *recentis olei*. *Lutherus*: *Es hatte einen Schmack / wie ein öl- kuche. Vulgata Saporis quasi oleati Panis. Tremel. & Junius, tanquam sapor hu-*

moris præstantissimi ex oleo. Et in Marg. Ejus qui supernat at in oleo,  
nam illud præstantissimum est, ut scribit Plutarchus. l. 7. συμποσ.  
περὶ βλ. c. 3. Quia autem dubium est, quâ ratione duplex iste sa-  
por, naturalis & ordinarius uterq; in Mannâ simul consistere  
potuerit, respondet Junius in Not. sup. Num. 11, 8. Ita sapore  
suo referebat crustulum mellitum ut simul etiam haberet sva vita-  
tem olei præstantissimi. Sed nostro judicio Aben Esra rectius ex-  
pedit, scribens: Manna comestum, quemadmodum decidit, fuisse  
dulce, sicut crustulam mellitam: Coctum, saporem ejus fuisse instar  
humoris olei. Sic Abrabaneel, citante Buxtorfio Exercit. de  
Man. c. 3. p. 355.

§ XXIX. Miraculosum quippiam de Mannâ sapore nar-  
rat Sapiens Sap. 16, 20. 21. 24. 25. Angelorum escâ cibasti Populum  
tuum & paratum Panem à Cælo misisti illis sine labore, πρὸς πᾶσιν  
ἡδονὴν ἰσχύοντα, καὶ πρὸς πᾶσιν ἀρεμόνιον γεῦσιν. Τῆ δὲ τὰ πρὸς-  
Φεγγμένα ἐπὶ θυμῶν ὑπηρετῶν πρὸς ὅτις ἐβέλετο μετακίνασθαι.  
Multa hic moventur controversiæ, & variè à variis de verbis  
istis disceptatur. Plurimi verba hæc simpliciter, ut stant, in-  
telligenda esse, consentiunt; Dissentiunt verò in modo: An  
Manna tantum quoad saporem fuerit mutatum, an verò quoad  
etiam substantiam, & an sapor ille varius cum piis, tum impiis  
fuerit communis. Ordine de singulis, sed levi brachio. Quod  
igitur eos attinet, qui Mannâ quoad saporem tantum fuisse mu-  
tatum asserunt, rem ita explicant: Si qui Mannâ comedeat, &  
desiderabat mala, vel uvam, vel carnes &c. secundum appeti-  
tum comedentis; Ita & sapor in mannâ fuit. Hoc asserunt  
multos habet Fautores, cum ex Vetustioribus, tum ex recentio-  
ribus. Ita Ebraei, quorum opinionem de vario illo sapore Bux-  
torfius F. l. c. ex Schemoth. rabba sect. 25. verbis sequentibus dat  
expressam: Considera quid Deus fecerit erga Israëlitas in hoc  
mundo, demisit ipsis Mannâ, in quo fuerunt omnes species saporum,  
ut unusquisq; Israëlitarum gustaret, quicquid appeteret. Ita enim  
scriptum est, Jam 40 annis Dominus Deus tuus fuit tecum, neq;  
caruisti ullâ re; quid est, non caruisti ullâ re? si quis rem aliquam  
desiderabat, & ore suo dicebat, Utinam haberem aliquid de-  
scendat

scendum! e vestigio habebat Manna in ore ejus gustum illum, quem dicebat. Imò, ut R. Abba dicit, Non opus fuit, ut ore suo hoc diceret, quod vellet; sed si in corde suo duntaxat cogitabat, quod anima ejus desiderabat, Deus fecit voluntatem ejus, & gustabat saporem ejus rei, quam appetebat &c. Verùm excipiunt 5 species, quæ non fuerint in Manna, ex eo, quod Num. XI, 5 Israëlitas conqveruntur: Recordamur cucumerum, peponum, porrorum, Ceparum, & alliorum. Sed mentio ibi etiam Piscium. Rationem verò dant hanc, quia sunt duræ concoctionis ad doctrinam, ita Pbesicta. Sed linquimus Rabbini fabulas. Eandem saporis varietatem etiam approbant quidam Ecclesiæ Patres Theophylactus in c. 4, Matth. initio Augustinus, T. 2. Epist. 118. Hieronymus sup. Psal. 147. (quamvis de vero Autore subdabitetur.) Hos sequuntur Pontificii Lorinus, in Sap. 16, 21. Cornelius à Lap. Comm. sup. Exod. c. 16. p. 486. Pererius, disp. 16. Comm. in Joh. c. 6. & qui sunt alii. Ex nostris Lutherus ipse Glos. Marg. sup. Sap. 16, 20. Man fund es machen / wo zu man wolt / backen / braten / sieden kochen / durren; qui tamen, ut vult B. Waltherus, non tam Sapientis mentem per omnia probasse, quam explicasse censendus est. Idem statuisse videtur B. Försterus Diex. Exod. sup. c. 16. Conc. 53. p. 672. Wer gern Gebratens gessen / der hats können braten vñ dē hat es geschmeckt / wie ein gutt saffri zes Gebratens. Wer gern Gesodten gessen / der hats können sieden / und dem hats geschmeckt / wie ein Gerücht wolgesotener Fische. Wer gern Gekochtes gessen / der hats können kochen / und dem hats wie ein wolgekochtes Fleisch oder Zugemus geschmeckt. Wer gern Gebackens gessen / der hats können backen / und dem hats geschmeckt / wie ein frisch abackener Kuchen. Wer gern Confect gessen / der hats ihm zurichten können / wie Confect, und dem hat es wie köstlich Confect geschmeckt. Ita D. Ditericus sup. Sap. 16. Conc. 8. p. 861.

§.XXX. Nonnulli autem, ut dubio illi occurrant, quod ex eo elicitur, quando Num. XI. Israëlita adversus Deum murmurant, atq; Man, ut cibum levissimum, fastidiunt, ajunt, Pios solummodò varietatem Saporis Manna pro lubitu gustasse, secus verò impios, quibus Man eundē semper saporem dederit, & ad minimum ut crustula mellita, & panis oleatus. Hinc nausea, hinc murmur, ex continuâ dulcedine, atq; tædio unius ejusdemq; cibi. Unde Augustinus Retract. l. 2. c. 20. priorem sententiam deserens, posteriorem hanc arripit; Hinc sequitur Nicolaus Lyra in c. 11. Num. Abulensis sup. c. 11. Num. Carthusianus in c. 16. Exod. & multi alii ex Pontificiorum grege, contra quos ipse Cornelius à Lapide in Exod. c. 16. p. 486. calamum stringit, atq; varietatem saporis omnibus tam probis, quàm improbis communem defendit.

§.XXXI. Absurdissimè verò statuunt Manna præter saporem etiam quoad substantiam ex voto comedentium mutatum esse, adserentes, ita ut si quis vellet comedere ovum, gallinam, saccharū, Manna mox verteretur vel in ovum, vel in Gallinam, vel in saccharum. Ad quod stabilendum *περὶ τοῦ ὄρου* Verbum *μεταπέσασθαι* convertebatur, in verbis Libri Sapient. urgent maxime; Quod referendum tantum est ad variam rationem coquendi, quia vel elixabatur quasi in pulmentum, vel placenta conficiebantur, vel comedebatur, prout cadebat, & ita ad desiderium TRANSTEMPERABATUR, quam notionem propriè illa vox infert. Sententiam hanc defendunt Gregorius de Valentia T. 4. disp. 6. q. 3. punct. 2. §. 4. Thomas Bozius l. 13. de Not. Eccl. c. ult. Nicol. Villagagnon l. 3. cont. Calvinum c. 52. Quos verò Cornelius à Lap. & Lorinus in Sap. 16, 21. p. 565. Jesuitæ refutant, quorum ille sententiam hanc novam, & solido carere fundamento; Hic mutationem solum in sapore, non substantiâ contigisse disputant.

§.XXXII. Hisce jam collatis inter se sententiis, probè circumspiciendum est, quid nobis hac in parte sit statuendum. Vix earum aliqua videtur esse certissima, sed solis innuntur conjecturis: in primis verò *duæ posteriores* prorsus sunt paradoxæ. Liber ille, qui vulgo insignitur *Sapientia Salomonis*, cum de

de vero ejus Autore non constat, in numerum *Apocryphorum* est relatus, proindeq; etiam nihil ex eo solidi, nihil firmi probatur. In specie vero de loco c. 16. docet *Ostander* in *Bibliorum Paraphrasi*: *Hac quidem dici ab Autore nostro bono animo ad amplificandum Dei beneficium, sed tamen scripturam aliter de eâ re loqui.* Ita etiam *Calviniani*: *Janus Drusius* in *Comm. ad loc. diff. Num. c. 45. p. 398.* hinc nihil statuit. *Rivetus* *Comm. ad Exod. c. 16. p. 986.* ita sentit: *Verba illa Autoris Sapientie aut esse hyperbolica & benignè interpretanda; Aut falsa.* Prius verò illud eligit, hoc nempe voluisse Autorem, magnam fuisse Dei erga Populum benignitatem, qui Panem illum dederit, quem poterant variis modis preparare &c. Eodem modo *Buxtorfius F.* Porro de tali mutatione ne apex quidem cum in V. tum in N. Instrumento legitur; Moses ipse *αὐτότης* & ab ipso Spiritu S. ductus atq; doctus tacet. Accedit Populi murmur, nausea, fletus, aliorum ciborum desiderium, quæ omnia varietatem illam saporis, atq; substantiæ mutationem in Manna affirmare prohibent. Sed Manum de Tabulâ: Quæ restant in hac materiâ, alio forsan tempore, si Deus & occasio dederit, adjiciemus.

---

**M**ulti multa ferunt de MANNA, quam dedit olim  
 Largiter Ebraeis almus Jova Viris.  
 Vox divina docet, nobis quoq; pondera monstrat,  
 Hac præter multi nil nisi falsa ferent.  
 Tu verò scande instructus, BRESLERE, Cathedram,  
 Ac alto falsum temne supercilio.

*M. Samuel Hentschel Fac. Phil.  
 Adjunctus.*

**C**eu liquor humentes irrorat gemmeus herbas,  
 MANNA, DEI donum, defluxit mane recenti,

*Mans*

Mane comesturis proprio sudore legendum  
Sunt Artes Linguaeque bona MAN dulcius omni  
Ambrosia, sunt dona DEI, BRESLERE, sacra,  
Quae irrorari magis nutririq; subinde  
Addecet ingenios, opera sollerte revinctos  
Aurora Musis gratâ surgente Sorore.  
Istis imbutus collectum gnauiter obfers  
Mel gentis sacra; Laudum sic puncta mereris,  
Perge, leges fructum caries cui nulla nocebit.

Doctissimo Domino Respondenti

Disputationis Auctori,

Conterraneo perquam dilecto

L. M. Q.

adpos.

PRÆSES.

Σὴν Φρέν, ἈΔΕΛΦΕ ἑμῶ ἀϊεὶ κεχαρισμένε θυμῶ,  
Τὶ προτρέπει, ἔκ οἶδ', ἀναβαινόμεναι ἐπὶ ἔδρην  
Τὴν πολυήρατον, ἠδὲ διεξελθεῖν περὶ ΜΑΝΝΑ  
Τῆς πυλυκλήσιοιο, μελιρρύττα εἰλαπινάζειν,  
Γραπὸς ὅπερ πολὺ μὲν ἀμετρήτω ποτε λαῶ  
Ουρανόθεν πόρην ἄρτυν ἀφειδέϊ δατυμονῆϊ.  
Τῆτο δ' ἐγὼ εὖ οἶδ', ἔμεναι ἐξ αἰετῶν ἔργον.  
Ἐμμενε ὀρτυλέως τῶ Φιλολογίῳ, τὸ ἐγώνησε  
Οὐχ ὄλι, ἀλλὰ καὶ ἰδμοσύνην προσέχων σύνεσιν τε  
Λιτρικέως ἀγαπᾷ καὶ ἐπαινεῖ. Ἐμμενε (Φημί)!  
Ἄξια γὰρ τὰ ἄποινα Τεῶ μόχθῳ ποτε δέξῃ.

Amoris sincerissimi causâ

ἐχεδίασε

Melchior Breslerus,

Frater.

ERRATA POTISSIMA CORIGANTUR

§. 1. lege Ebraicè §. 6. Abrabaneel. ibid. cum (-) Scriptum. §. 8.  
Oryza. §. 23. pro ἸΡ lege ΡἸ §. 24. pro ὄπμ leg. ἠὸπμ. §. 25. indi-  
gitant.

Umg VI 16

ULB Halle 3  
002 061 678




6317  
sb

7







B.I.G.

Farbkarte #13

8

Q. D. B. V.  
 DISQVISITIO PHILOLOGICA  
 De  
**MANNA ISRA-**  
**ELITARUM**

*Quam*  
*Sub Præsidio*  
 VIRI CLARISSIMI, PRÆSTANTISSIMI NEC NON  
 DOCTISSIMI  
**M. MICHAELIS Liebentantz/**  
 Facult. Philos. Adjuncti digniss. Præceptoris  
 atq; Amici sui honorandi,  
*Publicæ Ventilationi sistit*  
 In Electorali ad Albim Athenæo,  
**CHRISTOPHORUS BRESLERUS,**  
 Neagoræus Silesius,  
 AUTOR & RESPONDENS.  
*Ad d. 19. April.*  
 In Audit. minori, hor. mat.

~~~~~  
 WITTEBERGÆ,  
 Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typographi,  
 Anno MDC. LXII.

